

Band IX., Nr. 4122, Seite 458

*Graf Eberhard von Tübingen genannt Scheerer bestätigt nachträglich die
Schenkung des Hofes mit dem Patronatrecht in Walddorf durch weiland
Anselm von Schlaitdorf an Kloster Denkendorf.*

Ohne Ortsangabe, 1291. April 24.

Universis presentium inspectoribus Eberhardus dictus Scherer comes de Tübingen salutem et notitiam subscriptorum. Noveritis, quod nos donationi seu alienationi curie seu possessionum sitarum in Walddorf, quibus ius patronatus ipsius ecclesie Walddorf ut creditur est annexum, et translationi iuris etiam patronatus illius facte a viro nobili quondam Anselmo dicto de Schleitdorf in religiosos viros et in Christo dilectos prepositum et capitulum ecclesie in Denkendorf ordinis sacri dominici sepulchri Constantiensis dyocesis, cum huiusmodi possessiones et ius patronatus a nobis ut dicitur debeant teneri in feodum, nostrum presentibus benivolum impertimur assensum eamque ratam quantum ad nos pertinet et gratam habentes ob divini cultus et religionis augmentum tenore presentium approbamus, renuntiantes omni iuri, quod nobis in eisdem possessionibus et iure etiam patronatus competiit seu competere potuit quoquomodo, presertim cum iidem religiosi simplicitate et bona fide ducti a prefato Anselmo possessiones illas et ius patronatus tamquam sua propria alienante illa acquisiverint et receperint eaque a tempore donationis seu alienationis sic facte illa fide tenuerint et possederint inconcusse. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Actum et datum anno domini millesimo CCXC primo, VIII. kalendas Maii.

Nach dem Kopialbuch des Klosters Denkendorf, genannt Vertragsbuch, 16. Jh., Bl. 10.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 14 Nr. 52, Bl. 10

Editionen:

Schmid: Pfalzgrafen von Tübingen, Urkundenbuch, S. 71, Nr. 70.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Denkendorf Wohnplatz (319)

Denkendorf, ES

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Schlaitdorf Wohnplatz (445)

Schlaitdorf, ES

Tübingen Wohnplatz (16214)

Tübingen, TÜ

Walddorf Wohnplatz (16036)

Walddorf, Walddorfhäslach, RT